



Int profectiones Medij cœli, & Solis in bonis domibus figuræ cœli cum fortunis & eorum bonis aspectibus, uel in domibus fortunarum aspicientes luminaria ex bonis aspectibus.

### Quarta regula de electionibus pro rebus omnibus.

**V**Ide quæ domus cœli habeat significatum tuæ electionis, ut si pro itinere breui uelis elec̄tionem, pone ad tertiam domum, unam uel plures profectiones scilicet Ascendentis Solis, Lunæ, Partis fortunæ, uel Medij cœli, sed profectio Ascendentis & partis fortunæ sunt meliores, hæ autem profectiones applicent, uel sint cum fortunis, uel eorum bonis aspectibus, uel sint ad minus in domibus fortunarum, sintq; gubernatores eorum ex fortunis quæ in radice saluæ permanerunt. Si igitur ex his duo uel tria testimonia habere poteris, fac ut etiam Luna sit in tali domo. Si hoc non potest fieri, sit talis domus in ascendentे, & Luna in alio bono loco, uel apud gubernatorem talis rei non impedita. Exemplum: Si uelis iter longum arripere, quod est sub significatio nonæ domus, & si in tali nona domo esset profectio partis fortunæ, quæ ibidem perduaret per integrum annum, tunc tali anno esset electio conueniens, & utilis pro itinere. Quòd si magis idoneum tempus quereres, fac ut etiam ad hanc nonam dominum pertingant profectiones Solis & Lunæ, tunc dispone Ascendens, decimam uel undecimam domum, ita tamen quòd in radice in talibus domibus, non steterit infortuna, & quòd gubernator Ascendentis uel Lunæ etiam sit beneficis Planetæ, qui in radice saluus fuerat in bono loco, uel quòd nona domus si ita fortunæ interfuerint, ascendens sit, sed Luna non sit in ascendentے, sed aliás in loco bono figura, nam ipsa male locatur in prima.

Si autem in electionibus, gubernatores omnes uel maior eorum pars essent in malis domibus, uel infortunati, & non esset immorandum tali electioni, tunc incipe quando Luna fuerit in domo fortunata & bona, & ad hoc ordinabis Ascendens fortunatum quod proposito inferuiat. Si adhuc tempus expectari non posset, donec Luna in domum fortunatam posset peruenire, tunc elige melius ascendens quod habere poteris pro hac re, in qua profectio partis fortunæ, uel aliæ fortunæ fuerint, & quòd dominus eius in nativitate fortunatus, & in bonis locis steterat, & adiuuabistè cum aspectibus Lunæ. Sed in ascendentے maior latet uis in omni re. Scias igitur quòd in omnibus electionibus præsertim diurnis, signum in quo est Luna, non ascendat, necq; sit in sexto, octauo, uel duodecimo signo ab ascendentے.

### Electiones iuxta coniunctiones & aspectus Lunæ cum locis planetarum radicis.



I fuerit Lunæ aspectus Trinus uel Sextilis tui propositi die cum Saturno radicis, tunc cum Saturninis restutè ages, etiam uendendo & emendo bona immobilia. Si Luna fuerit in quadrato uel opposito Saturnis radicis, cauebis prædicta.

Si fuerit Lunæ coniunctio & aspectus tui diei cum Ioue radicis, est dies fortunata communiter in omnibus rebus, præsertim cum Ioualibus, & in rebus in quibus Jupiter dominium habet, ut emendo & uendendo, & omnibus rebus substantiæ.

Lunæ sextilis uel trinus tui temporis cum Marte radicis, dat fortunam & uictoriæ.